

Caput primum. Versiculus. I.

men duodecimo, & ultimo reddit, quia mentem omnem, & cogitationem Deus optimus trascendit. Philo l. i. De Monarchia, quem vitam Athei perlegerent, clarè, atque pulchre demonstrat. nequidem totum mundum Dei notitiam capere posse, quomodo igitur eam humana natura capiat? *τὸν δὲ ἐμὸν κατάληξεν οὐχίον τὸ σπέρμα τοῦ θεοῦ, αντὶ τούτου σύγκριτος εἰσερχεται τὸ πόρον διονύσου γεννήσις.* Vbi, & præclaræ habet aduersus illos, qui diuinationibus incumbunt: Paulò etiam ante, cùm afferrat facillimo negotio sciri Deum esse; quid sit Deus, dictu[m] censet impossibile. *νότιον δὲ τοιούτοις οὐδὲν μόνον, αλλὰ καὶ τοιούτοις αδύνατον.*

Iacobus 18.

D. Athanasius tract. de definit. Deum appellat definitionem definitionum: *μαρτυρούσας τὸν ὄφαντα ἐστὶ θεός.* S. Greg. Nazian. carmine aureo Iambico, de virtute, cùm de prudentia loquitur, maximum esse munus credit, nosse Deum, cùmque colere, quem exiguè cogitare possumus, non tamen audire, vel eloqui, quantus sit.

*Φροντίσας δὲ πατέρα τῷ τῷ λόγῳ
Τι τὸ φροντίσας δίκαιον αἰνιεῖται.
Πρώτον δὲ τὸ μέντον, εἰδίκεις δέος,
Εργοῦ δόγμα τερπνίας πνευμάτων
Πηγὴ τὸ εὖται πάντα τὸ σαμεῖα.
Οὐδὲ νοεῖται πλοῦ τοντού τοντού μετρίων.
Τοῦ οὐδενὸς δὲ φεύγειται οὐδὲ ανοίκου.*

Quos sequentibus versibus Fred. Morellus Professor, & Interpres Regius reddidit.

Prudentia autem sunt quidem quæ diximus
Cuncta (hac remota, quidnam enim laudabile?)
At munus eius maximum, nosse est Deum,
Hunc ore colere, rebus, & non subdolē.
Est namque fons hic omnibus, certa & salus:
Hunc cogitare qui piam exiguae potest

Audire sed non, quantus est, nec eloqui.

Ipse Trismegistus dicebat: *εἴ τοι οὐδὲ αἰνιεῖται: εἰτε* est enim, qui est sine nomine; *οὐδὲ τοιούτης οὐδὲ τοιούτης;* cuius nomen non possit humano ore exprimi. Et Apollo Delphicus, querentem quid esset Deus respondit: cuius nomen nec verbo capiendum; *οὐδὲ τοιούτης μηδὲ τοιούτης χρηστούτων.*

Sed D. August. audiamus qui commentariis in 85. Psalmum idem assertit. Intendat charitas vestra, Deus ineffabilis est, facilius dicimus, quid non sit, quia quid sit; terram cogitas, non est hoc Deus; mare cogitas, non est hoc Deus: omnia quæ sunt in mari, quæ volant per ætrem, non est hoc Deus: quicquid lucet in celo, stellæ, Sol, & Luna, non est hoc Deus; ipsum celum, non est hoc Deus; Angelos cogitas, virtutes, potestates, Archangeli, thronos, sedes, dominationes, non est hoc Deus: & quid est hoc solūm dicere potui, quod non sit; quæ quid sit, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; Quæ postquam l. i. de doctr. Christ. cap. 5. protulit, sequenti capite subiungit. Diximus ne aliquid, & sonimus aliquid dignum Deo?

Imò vero me nihil aliud, quam dicere voluisse sentio; si autem dixi, non est hoc, quod dicere voului. Hoc unde scio, nisi quia Deus ineffabilis est, quod autem à me dictum est, si ineffabile esset, dictum non esset, ac per hoc, ne ineffabile quidem dicendum est Deus, quia & cùm hoc dicitur, aliquid dicitur, & fit nescio quæ pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile, quod dici non potest, non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest.

Veruntamen omnes tam Hebræi, quam Græci, & Latini diversis nominibus ens ineffabile compellarunt; Sic enim ipse D. Aug. 3. Confes. cap. 6. loquitur: Tu vita es animarum, vita vitarum, viuens te ipsa, & non mutatis, vita animæ meæ. Tu Decem nomina interior intimo meo, & superior summo meo. D. Hieron. nomina decem Epist. 156. ad Marcellam enumerat, nempe *τέλος*, quod Aquila vertit *τέλος*, Sadai, sibi sufficiens, seu *αὐτόπτης*, ac si dicitur *τέλος αἱτησίας*, & *τέλος ιδείας*, id est qui sufficit, vel est ipsa sufficientia, quia inquit Algazell, de Dei nominibus, Solus Deus simpliciter, & absolutè diuies, & ditans est, & ab omni dependetia liberissimus; Alij tantundem significare volunt, quātum *τελοπρήτης*; alij dicūt uberrimum, cuius virtus vniuersas creaturas permeet. Aliud est *τέλος*, quod 70. S. Aquila *τελοπρήτης* vertit, deriuaturq[ue] à radice *τέλος* aial, id est fortitudo, vel ab *τέλος* iurare, sicut Sadai à *τέλος* Sadad, id est vniuersum permeare, affluenter dare, vastando depopulare, destruere, percutere, &c.

τέλος

Sequitur *τέλος* Elohim, quod Galatinus l. 2. ca. 16. censet esse plurale nominis *τέλος*, vel *τέλη*, ubi per Elohim probari cōtēdit aduersus Iudeos Trinitatis mysteriū ex sententia R. Semlai, qui rogatus ab hereticis, cur scriptū esset, initio, sive in principio creauit dī, non creauerunt: respondit in omni loco, in quo inuenis obiectiōnem, quæ hereticis faveat, habes quoque medicamentum illius in latere eius, ut videre est apud R. Mosem Hadarsan: Simile quiddam referit ex libr. Sanhedrim. c. Echad dñe Mamonoh, id est vnuum iudiciorum diuinitatum, vbi R. Iohanan dixit: Omnis locus, ynde Epicurei facti sunt heretici, responsonem habent in latere, in cuius rei confirmationem exempla plurimæ refert.

Dictū Rabbinorum.

Advertendū est autem ab *τέλος*, ab *τέλος* Kalal deriuri, à quo fit *τέλος* eli, id est vanum, nihil, & idolum, ac si diceremus *τέλος* al el, non Deus, vel *umbra* Dei, quandoquidem omnium respectu Dei sint *umbrae*, & omnino nihil. Quartum nomen est *τέλος* helion, excelsus, supremus, qui respectu omnium creaturarum est in altissimo gradu, nec ullis passionibus subiicitur, & omnem captum humanum superat; vnde hoc nomen 70. verterunt, *τέλος*, *τέλος*, *τέλος*, *τέλος*, *τέλος*, *τέλος*, hoc est altissimus, superior, patrius, interior, supra. Quintum est *τέλος* Ehie, cui *τέλος* præponi solet, ut constat ex 3. cap. Exodi, significatque, fui, sum, ero, quoniam æternitas Dei differentiam omnem temporis amplectitur, venit autem à verbo *τέλος* haia, quod 70. per *τέλοντας*, *τέλοντας* & *τέλοντας*, vel sum, dormio, & connecto exprimitur: vel à *τέλος*, quod fermè significat idem: quod præterea per *τέλοντας* revertunt, id est irruo, sive infidlio, ut patet ex Psalmo 61. versu. 3.

τέλος

Aliud nomen est *τέλοντας* Adonai, Dominus, estque plurale significans Domini mei, ab *τέλοντας*, à quo fit adoni, Dominus meus: à plurali vero adonim, fit adonaï. Sequitur *τέλος* iah, quod cùm sit decurtatum nominis tetragrammaton, radicem eandem habet; sicut etiam *τέλος* volunt esse nomen decurtatum ab *τέλοντας*. Sunt & alia multa nomina, quæ ex diuinis operibus desumuntur, qualia sunt *τέλοντας* Iudex, *τέλοντας* iustus, *τέλοντας* hannon misericordus, & gratiosus, *τέλοντας* agla omnipotens. Reliquum est tetragrammaton, quod *τέλοντας* *τέλοντας* seu ineffabile dicitur, nec enim Hebrei pronuntiabant illud, sed vbiunque occurrisset, per Adonai efferebant; vel per elohim, si quando-

*τέλος**τέλος*